



DICASTERIUM DE CULTURA ET EDUCATIONE

DICASTERIUM DE CULTURA ET EDUCATIONE, attentis litteris postulatoriis ab Exc.mo ac Rev.mo Magno Cancellario Pontificii Athenæi Bangalorensis v. *Dharmaram Vidya Kshetram*, legitime præsentatis; perspecta favorabili sententia Hierarchi loci, die XII mensis Martii, a D. MMXXIV atque Synodi Episcoporum Ecclesiæ Syro-Malabarensis die XXVII mensis Februarii, a D. MMXXV cum compererit Institutum Superius Scientiarum Religiosarum sub titulo v. *Alpha* in civitate *Tellicherry* siti iuxta normas a Sancta Sede pro huiusmodi Institutis manatas-Consilio memoratæ Facultatis Theologiæ academice omnino spondente-probe ordinari, ad docentes in primis et studiorum programmata quod attinet; prolatas sibi preces libenter expiciens, idem

INSTITUTUM SUPERIUS SCIENTIARUM RELIGIOSARUM sub titulo v. *Alpha*

hoc Decreto academice **erigit erectumque** declarat, ipsum simul constituens sub potestate atque ductu supradictæ Facultatis Theologiæ, ex primo cyclo constans, ad academicos gradus Baccalaureatus Scientiarum Religiosarum per eandem Facultatem consequendum ab iis alumnis qui, triennale studiorum curriculum rite emensi, omnia iure præscripta feliciter compleverint iuxta peculiaria Statuta ab hac Dicasterio approvata.

Eiusdem Facultatis proinde erit continuo invigilare ad academicam Instituti condicionem diligenter servandam ac promovendam, præ sertim ad Docentium qualitates studiorumque serveritatem quod spectat, ceteris servatis de iure servandis contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum e Civitate Vaticani, ex ædibus ejusdem Dicasterii, die IV mensis Novembris, a. D. MMXXV.

Isyplius T. Card. de Nardunga

PRÆFECTUS

Helmut J. ...

SUBSECRETARIUS